B. N. C
FIRENZE
1009
4

1009-4

THEÆ
NOVISSIMA.

EXigua. ingentis. ſolatia. luctus.
Agonizat. Thea.
An. Dea.
Panacea. deficit.
Verſum. immortale. nectar.
Oblivioni. jam. litatur.
Idolum. occidit,
Attoniti. Vates.
Salibus. ſuſpiria. miſcent.
Victimæ. exſangvi. cruorem.
Pudore. reſtituentes.
Poſt. fata. etiam. infelix cadaver.
Negligitur.
Negat. Ægyptus. mumiam.

Balſamum. Patria.
Germania ſuccinum.
Picem ne. tangas.
Jam. malè. olet.
Humandum. eſt.
Plures. ne. inficiat.
Exſurgat. rogus.
Reddaturqve. Laribus.
Emeritæ. favilla. herbæ.
Coëant. in. urnam. calices.
Terrâ. ſigillatâ.
Mundus. vult. decipi.
Scilicet.
Detraxit. delubro. larvam.
Incorruptus. Naturæ, Myſta.
Chymia.

Sce-

Sceletoqve. ſuperbit.
Cave.
Crepat. apologiam. aretologus.
Experimentaqve. ridet.
Jampridem. qvadrupedū elementorū.
Philoſophia. exulat.
Non. calidum. non. frigidum.
Sed. &. tibi. cave.
Coë.
Imperatur. ſilentium.
Suſpecti. etiam. ſaporum. interpretes.
Sales.
Infidus. teſtis. Vulcanus.
Vana. fermentorum. examina.
Arcana virtus. eminet.

Inſipida.
Sulphure. vacua.
(Oleum. ac. operam. perdidimus.)
Mercurii. expers.
Magnetem.
Acu. tangunt.
Paradoxon. narras.
Ita. eſt.
Sed.Martem.faſtidit.
Aurum. attrahit.
Stramineum naturæ. miraculum.
Tace. ſi. ſapis.
Vixit.
Medicina. ad. vitam longam.
Non. ſolo. fumo.

(Si-

(Nicotianæ. elemento.)
Sed. fama.
An. vana. mavis.
Opinione.
Credulorum. otio. aucta.
Nata.
Sub. auſpicio. novitatis.
Poſtvortâ. obſtetricante.
Non. Proſa.
Nutrita.
Meretricia. mercatorum. fraude.
Adulatorum. aſſenſu.
Adolevit.
Magnatum. autoritate.
Intumuit.
Donec. ſuperſtitionis. ſervitutem.
Excuteret.
Religio. veritatis.

Soli. Theæ. gloria.
Nulla. penitus. relicta.
Eheu.
Lemures. me. terrent.
Fallorne.
An. errant. umbræ.
Pythagoreā. ſupplicantes. metempſychoſin.
An. metamorphoſin.
Per. me. licet.
Redeant. olim. in. carduo.
An. ad. palatum. futuræ.
Judica.
Parentatum. eſt.
DIXI.

Mc